Concinat plebs fidelium

Iam Sanctae Clarae (c. 1280)

Julian of Speyer (c. 1250), Gb-Bodl. Ms. Canon Liturg. 379 (?)



Concinat plebs fidelium
Virginale praeconium
Matris Christi vestigium
Et novitatis gaudium.

Pauperum primogenita
dono caelesti praedita
obtinet supra merita
praemia vitae reddita.

Novum sidus emicuit
cando lucis apparuit
nam lux quae lucem influit
claram clarere voluit.

Claris orta natalibus
Nec dum relictis omnibus
Vacat plenis affectibus
Pietatis operibus.

Sub paupertatis regula
Patris Francisci ferula
Clara Christi discipula
Luce respersit saecula.

Mundus et caro vincitur
Matris Christi connectitur
Christo prorsus innititur
Pauperem pauper sequitur.

Spretis nativo genere
Carnis et mundi foedere
Clauditur velut carcere
Dives superno munere.

Clauditur velut tumulo
Nequeam subducta saeculo
Patet in hoc ergastulo
Solum dei spectaculo.

Tegmina carnis vilia
Urgens famis inedia
Arcta quoque jejunia
Praestant orandi spatia.

Virginis hujus merito
Laus patri sit ingenito
Gloria unigenito
Virtus summa paraclito.
Amen.

Nicholas Cornia,2019

le vecchie musiche.
e la nuova maniera di leggerle